





IACOVIER
INSTITVTIO
PHILOSOPH

B69
J3
V.6
c.1
.

11

José Ang



1080043471



844698

INSTITVTIONES
PHILOSOPHICAE

AVCTORE

FRANCISCO IACQUIER
*ex minimorum Familia, primariarum per
Europam academiarum socio, in lyceo
romano, et in collegio urbano de propa-
ganda fide professore.*

AD VSVM SCHOLAE VALENTINAE.



TOMVS VI.



Consilia Alfonsina
Bibliotheca Universitaria VALENTINAE

IN OFFICINA BENEDICTI MONFORT
MDCCCXV.

SVPERIORVM PERMISSV

53372

39518

B69

53

v.6



BIBLIOTECA PÚBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN

BIBLIOTECA PÚBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN

AVCTOR LECTORI.

III

Ad eam tandem pervenimus philosophiae partem, quae postrema quidem est ordine doctrinae, sed rerum dignitate atque utilitate primum locum sibi facile vindicat. Quid enim prodest illa philosophiae pars, quae disserendi et ratiocinandi viam aperit? Quid iuvat illa, quae mentis nostrae proprietates intimius scrutatur? Quid tandem sterilibus nudaque rerum extra nos positarum scientia? si ea, quae propius nos contingunt, quae officii nostri sunt propria, sine quibus viros probos et honestos esse, nobis non licet, aut negligamus aut penitus ignoremus. Apud veteres philosophos cultissimam fuisse morum disciplinam, testantur multa quae nobis reliquerunt opera; at superstitionis ethnicae tenebris immersi vanum virtutis nomen admirabantur, magnificisque verbis extollebant. Nos vero christianae fidei lumine et gratia illustrati, summum habemus legislatorem, omnis sapientiae ac virtutis magistrum, qui e coelis descendit; naturamque nostram, ut perfectum vitae exemplar nobis ob oculos poneret, adsumere non alienum a sua maiestate iudicavit. Nemo tamen existimet, ita a nobis tractari scientiam hanc, ut theologos magis quam philosophos agere videamur. Fidei principis usi sumus tantum veluti perpetuo duce atque comite, qui nos sine ullo errandi periculo in hac purissima disciplina rectaeque rationis semita illustraret atque dirigeret. Neque longiori sermone

deklarabimus eam, quam adhibuimus, tradendae ethicae rationem; hanc enim in prooemio fuse explicatam lector inveniet. Satis sit observare, approbandos minime esse illos philosophiae magistros, qui eam partem, quae de moribus agit, omnino praetermittunt, et ad sacram theologiam reiiciunt. Et quidem quum inter auditores permulti sint, qui sacrae theologiae studiis non sint destinati, iis saltem fusius explicari debent philosophiae moralis praecepta, quae virtutum et vitiorum discrimina, iusti iniustique notionem tradant, in sua genera formasque distribuunt. Et certe; quis aequo animo ferat exteris linguis profanasque scientias in scholis doceri adolescentes, eosque vix leviter salutare doctrinam hanc, ex qua beate beneque vivendi praecepta hauriuntur? Nec viris etiam theologiae studiosis sua utilitate et quidem maxima caret philosophia moralis. Abhorret enim animus dicere, quanta captionum philosophicarum subtilitate sanctiora morum dogmata depravare atque pervertere conati sint impiissimi quidam scriptores. Tantam rerum moralium confusionem vitaeque perturbationem explicare vix poterit, qui in philosophia morali hospes omnino erit et peregrinus. Ceterum probe tenendum est atque assidue meditandum Apostoli monitum: *Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur,*

INDEX.
PHILOSOPHIAE MORALIS
PARS PRIMA
SEV ETHICA GENERALIS.

CAPVT I.	7
ARTIC. I. <i>De moralitatis principio atque origine.</i>	ibid.
CONCLVS. I. <i>Ex notione Dei et creaturae rationalis fluunt omnia moralitatis principia.</i>	9
CONCLVS. II. <i>Essentialis atque intrinseca actionum moralium differentia ab hominum opinionibus omnino independens demonstratur.</i>	20
CAPVT II. <i>De lege naturali generatim considerata.</i>	35
ARTIC. I. <i>De legis naturalis essentia, nonnullisque principis ex lege naturali derivandis.</i>	ibid.
CONCLVSIO. <i>Vna est et indelebilis, quod ad universalialia proximaque principia, legis naturalis notio: atque in ipsa lege naturae suam rationem habet lex quaelibet.</i>	41
ARTIC. II. <i>De obligatione et generalibus nonnullis morum principis ex obligatione derivantibus.</i>	70
CONCLVS. I. <i>Omnis obligatio a divina voluntate emanat.</i>	86
CONCLVS. II. <i>Dantur actus indifferentes in spe-</i>	

<i>cie ; nulli autem sunt actus indifferentes in individuo.</i>	105
ARTIC. III. <i>De praemiis et poenis.</i>	115
CONCLUSIO. <i>Post corporis mortem in altero vitae futurae statu bonos manent praemia, malos autem poenae.</i>	120
CAPVT III. <i>De hominis beatitudine et summo bono.</i>	139
ARTIC. I. <i>De formali et obiectiva hominis beatitudine.</i>	140
CONCLVS. I. <i>Hominis beatitudo formalis in verae virtutis exercitio consistit.</i>	147
CONCLVS. II. <i>Solus Deus est obiectiva hominis beatitudo.</i>	161
ARTIC. II. <i>De conscientia.</i>	166
CONCLUSIO. <i>Non licet sequi conscientiam probabilem, quae favet libertati, in concursu opinionis atque probabilis, quae favet praeecepto ; neque licet sequi opinionem minus probabilem, quae favet libertati, in concursu probabilioris, quae favet legi : sequi tamen licet opinionem probabilioris, quae favet libertati.</i>	179

PHILOSOPHIAE MORALIS

PARS SECVNDA

SEV ETHICA PARTICVLARIS.

SECTIO I. <i>De hominis officiis.</i>	191
CAPVT I. <i>De iure naturae ethico.</i>	ibid.

ARTIC. I. <i>De officiis hominis erga Deum.</i>	ibid.
CONCLUSIO. <i>Deus non solum cultu interno, sed etiam externo colendus est.</i>	197
ARTIC. II. <i>De hominis officiis erga se ipsum.</i>	211
ARTIC. III. <i>De officiis hominis erga alios.</i>	230
CAPVT II. <i>De hominis officiis in statu civili, seu de iure naturae politico.</i>	240
ARTIC. I. <i>De societate in genere, et iuris politici origine.</i>	ibid.
CONCLUSIO. <i>Ius politicum in ipso iure naturali fundatur, et ex eo originem habet.</i>	242
ARTIC. II. <i>De societate quod ad virtutes intellectuales et morales consideranda.</i>	256
CONCLUSIO. <i>Impiissima est atque etiam societati civili perniciosissima falsae cuiuscumque religionis, et atheismi tolerantia.</i>	267
ARTIC. III. <i>De societate quod ad statum externam generatim considerata.</i>	279
ARTIC. IV. <i>De commercio et contractibus.</i>	294
CONCLUSIO. <i>Vsura lege naturali prohibetur.</i>	313
ARTIC. V. <i>De iustis rerum adquirendarum titulis.</i>	331
ARTIC. VI. <i>De tuenda reipublicae tranquillitate et de iure belli.</i>	339
SECTIO II. <i>De virtutibus et vitiis.</i>	349
CAPVT I. <i>De virtutibus moralibus.</i>	350
ARTIC. I. <i>De virtutibus, quae ad nostra erga Deum officia spectant.</i>	ibid.
ARTIC. II. <i>De virtutibus, quae ad hominum erga se ipsos officia spectant.</i>	356
ARTIC. III. <i>De virtutibus, quae ad nostra erga alios officia spectant.</i>	365

CAPVT II. De vitiis.	370
ARTIC. I. De vitiis, quae nostris erga Deum officiis opponuntur.	ibid.
ARTIC. II. De vitiis, quae erga nosmetipsos officiis opponuntur.	376
ARTIC. III. De vitiis, quae nostris erga alios officiis opponuntur.	382
ARTIC. IV. De adfectuum natura et origine.	388
ARTIC. V. De coniectandis hominum moribus.	398

PROOEMIUM DE ETHICES

DEFINITIONE AC DIVISIONE.

I. **E**thica, ex ipsa nominis etymologia, est: *scientia morum*. Haec autem dividitur *generalem* et *particularem*. Ethica generalis illa est: *quae hominis officia generatim considerat: virtutis amorem, vitiique horrorem instillat*. Hinc intelligitur, philosophiae moralis institutionibus statim praemittendam esse notionem boni et mali, certissimisque regulis constituendam actionum humanarum *moralitatem*. Itaque actionum humanarum differentiam, huiusque differentiae originem atque fundamentum investigabimus, et accurate demonstrabimus. Hominum officia in universum expendemus: Deumque omnis obligationis fontem atque principium esse, ostendemus. Hinc rerum ordo postulat, ut de virtutibus et vitiis atque etiam de praemiis et poenis generatim tractemus. Quia vero ethicae finis atque principium est beatitudo veraque hominis felicitas; de hominis beatitudine pro rerum ordine disseremus, atque tandem de obtinendae felicitatis modo sermonem habebimus. Nemo autem non intelligit; qui verae felicitatis sibi conscius est, mortalium beatitudinem in recto con-